

SCRIPTA

Numéro Scripta : 6742

Autre(s) référence(s) : Round 135

Auteur(s) : Henri II Plantagenêt, Angleterre (roi)

Bénéficiaire(s) : Henri de Sully, Fécamp, La Trinité (abbé)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : [1155-1158]

Lieu d'émission : Westminster

Action juridique : confirmation

Langue du texte : latin

Analyse

Confirmation par Henri II à son cousin Henri, abbé de Fécamp, et à son abbaye, des biens de l'abbaye situés en Angleterre.

Tableau de la tradition

Original

A. Rouen, Archives départementales de Seine-Maritime, 7 H 12 (8).

Éditions principales

- a. Chevreux Paul, Vernier Jules-Joseph, *Les archives de Normandie et de la Seine-Inférieure*, état général des fonds, recueil de fac-similés d'écritures du XI^e au XVIII^e siècle accompagnés de transcriptions, Rouen, Lecerf, 1911, planche XVII.
- b. Berger Élie, Delisle Léopold, *Recueil des actes de Henri II, roi d'Angleterre et duc de Normandie concernant les provinces françaises et les affaires de France*, Paris, Imprimerie Nationale (Chartes et diplômes relatifs à l'histoire de France), 1916-1927, 3 vol., n° LVIII, t. 1, p. 159-160.

Indications

Round John-Horace, *Calendar of Documents Preserved in France, Illustrative of the History of Great Britain and Ireland*, 918-1206, Londres, Her Majesty's Stationery Office, 1899, n° 135.

Dissertation critique

Sur la datation de cet acte, voir DELISLE/BERGER, Recueil des actes de Henri II, t. 1, p. 159.

Texte établi d'après b

H., rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus, ministris et omnibus fidelibus suis Franc[is] et Angl[is], salutem.
Sciatis me concessisse et presenti carta confirmasse pro salute anime mee et predecessorum meorum Henrico abbatii Fiscann[ensi], cognato meo, et ecclesie Fiscannensi omnes terras suas Anglie quas rex Willelmus predecessor

meus eidem ecclesie concessit et sigilli sui impressione confirmavit, terram scilicet de Staningis et terram de Bereministra, cum omnibus omnino appenditiis terrarum, cum omnibus consuetudinibus et libertatibus et quitanciis, sicut carta regis Willelmi testatur et confirmat. Quare volo et firmiter precipio quod predictus Henricus abbas, cognatus meus, et ecclesia Fiscannensis predictas terras teneant bene et in pace, libere, quiete et honorifice, cum omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus et quitanciis, placitis et querelis et causis omnibus absque omni subjectione et dominatione baronum vel principum et omnium aliorum, et absque omni inquiet[at]ione vel inminutione cuiuslibet secularis vel judiciarie potestatis, sicuti res ad fiscum dominicum pertinentes. Et quia inspexi diligenter cartas regis Willelmi et aliorum predecessorum meorum, ego, non minus misericordia Dei indigens, iterum precipio quod monachi Fiscannenses vel eorum homines non respondeant de aliquo tenemento suo vel aliqua alia re, nisi coram me vel coram capitali justicia, sed habeant plenariam justiciam suam et omnes alias rectitudines suas de omnibus rebus que in terris suis vel in earum pertinenciis evenient.

Testibus : Philippo Baiocensi episcopo, Hernulfo Lexoviensi episcopo, Ricardo episcopo Londoniensi, Willelmo fratre regis, Thoma cancellario, Ricardo de Humetis constabulario, Guarino Filio Ger[oldi] cam[erario], Mann[assero] Biset dapifero, R. de Novo Burgo, R. de Dummest[anvilla], Joc[elino] de Baillolio, Nicolao de Stutevill[a].

Apud Westmonasterium.